

creta sub ente quanto contineret; neq; id mirum capiam videbitur debet, ut ibi diximus na.43, in fine, siquidem cum relatio, creatura non sit ultimum constitutiva cui alius suppositus vel personae, sicut est divina relatio, optimè potest sub ente quanto directe, & formaliter contineri, esto non sic contingatur in creatura relatio; itaq; ad argumentum negandum etiam primum, & dicendum, relatione in sub tali indifferente, & abstractione, nec discrete perfectionem, nec imperfectionem, sed abstrahere ab ente quanto, & non quanto, & in creatum descendit per modum entis quanti, quia in creatis non est entitas hypostatica, & ultimum constitutiva, in divinam verò per modum entis non quanti, quia est ultimum constitutiva divini suppositi; alia etiam potest ratio, cur relations creatarum dicant aliquam perfectionem, & fint entia quanta, non ita divina, quia in divinis, ut supra dictum est n. 24, in fine ex Scoto, D. Thom. Magistri sententiarum, & alii Theologici penes relations originis nullatenetum equalitas, vel inequalitas inter divinas personas, bene tenet in creatis, ubi Pater, quatenus Pater dicitur major, & dignior Filio, & universaliter producens nobilissimis, & perfectissimis productis, quatenus est producens; Quod valde notandum est ob nominalis sciolos, qui superficietibus discurrentes placuerunt astere, quod relations creatarum aliquam importent perfectionem, nullam vero increas.

Posttem RUBIONE p.d. 33. q. 1. longo discursu probat, relatio-
nes originis esse formaliter infinitas, & ejus unitatem fundamen-
tum constituit in hoc; quod infinitas non dicit quid positivum
in re infinita: aliquo pacto ab ea natura rel. distinctum, sed
tantum dicit, puram negationem finitatis, ita quod infinitum
formaliter, quantum ad id quod positivum dicit, nli aliud est
quam tis ipsa, cui finitas repugnat; cum igitur divinae relationes
sunt tales entitatis, quibus ex natura rei repugnat finitas,
ut nos quoque fateri temur, sequitur evidenter, ipsa esse
formaliter infinitas. Hoc tamen argumentum ab aliis solutum
est di sp. 7. Met. q. 2. n. 45. & fundamenti, cui nititur, fal-
sitas sufficiens ostenta, que omnino sunt ibi videnda, quia ex
ea doctrina faciliter diluvium alie rationes quis RUBIONE congre-
xit loc. cit. contra nostram sententiam, cuius intelligentia cum
maxime dependat ex recta declaracione divisionis entis in
quantum, & non quantum, de qua egimus di sp. 7. Met. q. 2. te-
legenda et doctrina ibi tradita circa eam divisionem, & huic
proposito applicanda, nam inde alia quida argumenta levio-
ris momenti dilutum poterant, quia data operis hic misla forma, qua-
lia sunt quedam adducta a PONCIO L. cit. cum quo de mente Sc.
contendere in hac materia supervacuum censeo, quia vel ini-
tatis in via Doctoris subtilis competit non est, extra Scholam
nostram omnino vagari cum suis Neotericis, ut sibi moris est,

QUESTIO SECUNDA.

*An Verbum ex omnium cognitione, & Spiritus Sanctus pariter
ex omnium amore procedant, itant huiusmodi actus
amborum processioni supponantur.*

Uoniā Filiū per intelle&ūm, & Spiritū Sanctū per voluntate procedunt in divinis, quæ solet, an hic ex amore suum ille vel ex cognitione omnium producatur, quæ sunt in scientia Patris; & sensus est, an Verbum sit à Patre productum ex cognitione etenim, & personatum, creaturatum possibilium, & rerum dñi&ū futurorumque sunt in scientia Dei; & pariter Spiritus Sanctus procedat ex amore scientia, & personatum, creaturatum possibilium, & futurum. Et quoniam fatis confit in Shola nostra, nec filiumque Spiritū Sanctū procedere per cognitionem, & amore aliquis, sive tanquam per processione principium, sive tanquam per ipsam actionē producendi; etenim iuxta nostrā Scholę dogmata Verbo productum per memoriam secundum Patrem, tanquam per principium, q[ui] ad quam nullus rei actualis cognitio spectat, sed solum intellectus, & divina scientia in ratione obiecto infiniti, intelligibili; & productum per actum dicendi, non autem intelligenti, tanquam per actionē productivam, ut de Verbo in universum diffidimus disp. 6. de anima q[ui] 3. ar. 2. sicut pariter Spiritus Sanctus productus per voluntatem secundum, tanquam principiū, quo ipsius processio, & per actum ipsum spirantis, non autem amabiliter, tanquam per actionem productivam; hinc apparet, sensum proprie&ū questionis non esse, an verbum producatur de cognitione predicatorum omnium, aut aliquius illorum, ut de principio, quo, vel tanquam per actionem productivam, & sic pariter Spiritus Sanctus de omnī amore nam hoc sensu intellectusque est, negativē resolvenda estet iuxta nostra principia, absolute loquendo: sensus ergo quest[us] est, ut ex eis simplicem presuppositionem in unius ad aliud, ut v.g. cognitionis & amoris creaturatum ad processione divinā personatum, ut sensus sit in cognitione efficiens attributum per personatum, & omnes

四

Quæst. II. Ex quorum cognitione Verbum, &c. Art. I.

Cajet. p. i. q. 3.4. Molina, Bannes, Zumel, & Nazar. ibi. qui ait communem Thomistam, Aversa ibi. sec. 4. Vafij. disp. 163. cap. 3. Suarez lib.9. de Trin. c.7. Granatus disput. 7. Amic. disp. 26. sec. 5. Fasol. dub. 7. super art. 3. q. 3.4. Salman. ibid. Lezana trac. s. d. q. 9. 4. & hac re vera communissima est inter Re-
tentiores, non autem oppoita, ut dicebat Ariag.

RTICULUS PRIMUS.

gnitio divinae essentiae, attributorum, & personarum productioni Verbi presupponitur, quod, & de amore dicendum est respectu Spiritus Sancti.

Hec conclusio, quæ proportione servata extendi debet ad amorem respectu processionis Spiritus Sancti; nedum in Schola Thomistarum communis est; sed etiam his temporibus in Schola Scotistarum; quandoquidem id, quod Scotti expresserunt & perpetuo negavit, est præsuppositio cognitionis creaturam cum futuratum; quam possibiliter, hanc, inquam, negavit, abique processionem verbi praecedere, & earum amorem Spiritus Sancti productionem, quandoquidem in ejus doctrina, quamvis essentia illa ad intrâ præcedunt notionalia prioritatem in natura, que in divinis non repugnat, tam declarata disp. 2. qu. 1. attrahent notionalia deinde præcedunt essentia, cum respetu ad extrâ; nonnunquam tamen expressè negat præsuppositio cognitionis personatum, in eo potius hoc intendat non obsecare significavit, num, i.e. d. q. un. 5. de quo dico, atque quod est, in secundo signo originis agnitus filium, nec tantum unde ille agnitionem voluntate sequente aliud agnitionem, sed voluntate habita in primo signo originis; ergo apud Doctorem prius origine, nam, Filius procedat. Pater nedium essentia, sed etiam illi cognitionem, & voluntatem habet, cum sit terminus cognitionis in primo signo originis antecedenter volita, & præcognitio; ex quo etiam sequitur, sicut habere cognitionem, & motum sui ipsius, nam qui cognoscit, & vult unum relatiuum, quia tale, necessario quoque cognoscit, & vult suum correlatum fatem indirecere, ac in obliquo; ergo si Pater in primo signo originis cognitionem habet, & complacientiam Filii sui, talis est, eodem actu quoque indirecere seipsum cognoscit, & ult; Ex quo tandem etiam sequitur, in illo eodem primo anno haberi à Patre cognitionem Spiritus Sancti, cum nulla aequal signatio ratio, cut Filius sit in eo primo signo precognotus, & predilectus à Patre; non vero Spiritus Sanctus, & cut etiam in secundo signo non sit ab utroque præcognitus, & prælectus ante sui realem productionem; Imo hoc ipsum quoque auctor Scotti p.d. 10. q. un. in fine, cum cuiadū obiectio occurreret, dicit post, quod in illo prijor signo originis, antequam dilatur a Spiritu Sanctus spirari, Pater, & Filius cognoscuntur, & inutitur, licet non ut existentem in se, quia ignorant esse rationem divinam, quem erat utrū cognoscendi inutitur, quodcumque obiectum intelligibile, ergo cognoscit, & amor ne-
am essentia cum suis attributis, sed etiam ipsius personali-
tate præcedunt natura divinas processiones in Scotti sententiā.

Respondet Brancafusus cum aliis Scottitiss, Scotum non velle d.e. citat, quod Pater in primo originis signo cognoscat, & ve-
li Filium formator, sed virtute, eo quod cognoscat, & velite
essentiam suam, cuius fecunditas est radix filiationis, & o-
mnium notionalium; & si etiam explicit aliam locum d. 10.
quod Pater, & Filius spirent Spiritum Sanctum ex ejusdem
prærogatione & amore, non quidem formaliter, & actualiter, sed
virtualiter tantum, modo jam explicata. Hæc tamen solutione nec
est ad rem, neque ad intentionem Doctoris, de cuius mente hic
agitur, quādquād idem ibi loquitur de cognitione, & volitione
generations Filii formaliter, & actualiter, non vero virtualiter, & habi-
tuali; Tum quia in tali sensu concedit ibi Doctor, Patrem in
primo signo originis intelligere, & velle Filii generationem,
quo non concedit velle, & intelligenter creaturem in esse possibili;
et si Pater in eo signo dicitur intelligere, & velle generationem
Filii in eo tantum sensu, quia intelligit, & vult essentiam, in qua
radicatur, & virtualiter continetur filiatio cum exteriori notio-
nibus, eodem modo concederet, prius etiam intelligere, & ve-
lle creatures, quād Verbum producatur, et quia etiam in effen-
tia creature virtualiter continetur, & essentia est radix crea-
ture, & omnis entis praeter ipsum; ergo non loquitur ibi de co-
gnitione, & volitione virtualiter, & ad essentiam tantum termina-
ta, sed de formaliter, & actualiter terminata ad generationem, & Fi-
lium; Tum quia intelligere, & velle generationem, ut loquitur
Doctor, non est intelligere, & velle solum essentiam, etiam si ge-
neratio in essentia radicetur; ergo aliquid amplius præsentid
Doctor ibi loquendu modo. Ex quo etiam deducitur, illam
solutionem Doctoris de cognitione intuitiva, que non est cog-
nitio virtualis, sed omnino actualis, & actualiter terminata ad
quidlibet, quod in essentia ratione.

*quod dicitur sic intuitivè
Mæstrij in sent. Tenu. 5.*

45

ftiores Scotorum Balfol. Tatar. Viger. non hanc dederit responsio
ni, sed ad consuernum eorum effugium recurretur, quod Dô-
ctor ibi dubitative modo loquatur, quod colligunt ex illis ver-
bis alius posset dici que est phrasis ei familiaris, cum respondet
de mente alterius; quemare contendunt, priori responsioni ibid.
ab ipso data standum esse, ubi ait, quod oportet, efficiant di-
vinam, cuius amor spiratur, esse precongitam Patri, & Filio ad
hoc, ut spiritem, sed non oportet, in illo instanti originis con-
cede, Spiritum Sanctum, qui est amor spiratus, esse preco-
gnitum Patri, & Filio, licet in instanti eternitatis si tota Trinitas
notata cuilibet persone in Trinitate quia distinguendo inter
instantia originis non distinguitur inter durationem, & dura-
tionem, sed tantum à quo quis sit.

Caterum hac quoque veterum in Scotistarum solutio est meta evasio, tum quia multo etiam Doctor utitur illa phras, dum loqui ut ex propria mente, tum quia etiam Paulus Scriptor Scotti Expositor, nedum illam secundum solutionem Doctoris genuinam recipit, sed omnino prius responsum praeterit; Accedit etiam quod illa prima solutio, si benè expundatur, non adversari secundum enim in illa dicit, opus non esse, Spiritu Sanctu eis Patri & Filio praecognitum aut si productione, non ab solute id profert, sed tantum inquit hoc non sequi ex vi argumenti, & ex vi illius propositionis, sibi voluntum, quin prae cognitum, quotiam illa tantaum de volito in ratione obiecti, non autem in tatione actus, quia non potest, ipsam dilectionem eis praecognitum, putat si offerunt mihi aliquod bonum honestum, non potest, quod antequam possum habere illum acutum amandi circa illud, quod praecognosciam illum acutum, & sic in proposito ex vi argumenti sufficeret, diuinam essentiam, cuius amor spiratur, sibi praecognitam Patri & Filio, ad hoc, ut spirent, & in hoc precise constituit tota prima illa responsum, quod ut patet, non offici secundum. Negat doctrina, quam ibi subtextis, non opere in illo instanti originis, concedere, Spiritum Sanctum eis praecognitum Patri, & Filio &c. secunda responsum contradicit, qui potius eam mirabiliter declarat, quotiam cum in illa secunda concedatur, in illo priori signo originis, antequam Spiritus Sanctus intelligatur productus, esse Patri & Filio praecognitum intuitivite, licet non ut existentem in se declarat, hoc nullatenus esse intelligendum à parte rei, quia si fuerit dicere, in aliquo signo a parte rei, in quo praecognoscat, Spiritum Sanctum à Patre, & Filio intuitivite, in quo Spiritus Sanctus in se non existat, & ratio eius inquit Doctor, quia distinguenda inter instantia originis non distinguuntur inter durationem, & durationem, sed tantum a quo quis sit, cum enim in divinis tantum essentiali, ut per se sunt in eodem signo quo, nullum habere potest respectu alterius tationis futuri, vel posterioris, sed cantum duci potest, unam personam esse ab alia, existentibus tamen omnibus, & tunc in eodem instanti in quo aeternitatis, quod est esse prius, & posterius origine, vel prioritatis, à quo, non autem a quo, & qui existentia mensuratur per inflans durationis, à qua taliter non distinguuntur, non autem originis, vel naturae, id est propriè dici nequit, in illo primo signo originis, secundum intelligatur Spiritus Sanctus, cuius

intelligatque intelligentia Spiritus Sanctus spiritu, esse Patri, & Filio intuitivè præcongitum, licet non ut exilitemen in sequia per hunc loquendi modum significaretur, non existere simul omnino cum Patre, & Filio in eodem durationis instanti, sed in aliquo posteriori signo, ejus existentiam mensurante; patet igit, quomodo per illam primam responsum declaretur recta intelligentia factunda; nimirum ut ille modus loquendus de prioritate, & posterioritate, in quo, qui negabatur in prima, & conceditur in finibus, ad facilius concedi non à parte rebus, quasi inter personas producentes, & productas intercedat via prioritatis & posterioritatis, et si in quo, sed tantum prioritas, in quo intelligendi, & secundum rationem, quæ à parte rei importat solam prioritatem, a quo; & idem significanter dixit Doctor in illa secunda solutione, in illo priore signo originis, antequa intelligatur Spiritus Sanctus, utitur in quaenam verbo intelligendi, non esset aut ostendetur, quod si illi prioritas explicetur per voculum, in quo, debet omnino exprimi, quod sit prioritas, in quo, intelligendi, & per rationem non autem essendi, & à parte rei.

Atque ita dicendo, quod una responso declaretur per illam, 63
cessar inutilis contentio inter Scottos, quem illarum sit pre-
fendenda, & magis de mente Scotti, nam antiquiores Scotti, ut
Tatar, Vigilus, Lichetus, quem falsè dicunt Vulp, & Brancas,
prefecerunt secundum, Margius, solo excepto Paulo scriptore, prima
dicente, eis meliore, quam in secunda concedit Doctor, Spiritu
Sanctum, mantequam producatur, intuitivè videri in divina esse
sita, sicut videtur creature & existentiam propriam, quod
non detur, similem alie Lichet, quia essentia divina, ex hoc potest
esse ratio formalis videndi omnem creaturam, antequam
existat, quia eminenter continet omnem creaturam secundum
totam suam entitatem; Spiritus sanctus autem, non aliiquid,
quod est in divinitate ad intrâ, eminenter continetur in Deo,
qua contingit, eminentialiter ex parte contenti dicit ali-

quam imperfectionem. Recentiores vero Scottiis secundum refutationem praeferunt primas ut constat apud Vulpium loc. cit. ubi etiam verum instantia occurrit, quia divina persona licet non contineatur eminenter in divina essentia, tamen creatura possibilis negari tamquam non potest, quia in illa contineatur fundamentaliter, vel radicaliter, etiam virtualiter, quoniam ex ea pullulant, seu emanant emanatione quadam rationis cum fundamento in re, que continentia sufficit, ut in divina essentia possint intuitivitatem cognoscere. Verum licet possit concedi, quod Pater, & Filius videntio effientia divinam cognoscunt intuitivitatem spiritum sanctum, quatenus effientia divina est ratio formans, & intuitive cognoscendi omnia ad intrinsecum, quam ad extra, & obiectum omnino primarium, & motivum, tamen dici nequit, quod in eo primo originis signo spiritus sanctus non cognoscatur, ut ex existimetur, ut ex productus, & praesens, sed formaliter producendus, ac veluti futurus, quasi pro ego habeat, at tantum esse cognitionis, & intentionale fine esse realis, & quamvis Scottiis recentiores aliqui concedant, nullatenus tamen concedendum est, ut adnotavimus Smiling, & Scherius, & ratio est, quod praesens, præteritem, & futurum sunt signa durationis successivae, & hanc quoque designat participantium illud producendum, quod dignè dicit non potest spiritum sanctum in divinis pro aliquo signo a Patre, & Filio cognoscere, ut producendum & futurum, Et cursus cum instantia existentia rei mensurans sic instantia durationis, non vera natura, vel originis, nec etiam dicit potest, pro aliquo signo spiritum sanctum in cognoscere intuitivitatem, in essentiali, non ut existens in seipso, qui ut mox dicebant per id significaret, non existens simul omnino cum Patre, & Filio in eodem durationis instanti, & licet Doct. in ea secunda responsive dicat, in illo proprio signo originis, antequam intelligatur spiritus sanctus, ut intuitivitatem non ut existens in se, hoc placere non dicit in sensu jam à nobis rejecto, quasi tunc cognitio Patris, vel Filii non terminetur ad spiritum sanctum in se existentem, sed tantum habentem esse cognitum, & representatum in essentia, ut de facto a Deo cognoscunt creature futura, sed eo loquendi modo vult tantum innovere spiritum sanctum, vel personalizans eius non esse obiectum motivum, sed ratione intelligenti, quia haec est intentio divina, sed tantum in terminativum, quod aperte indicat verbis, immediate sequentibus, etiam rationem aliquam, ut spiritus sanctus in originis signo cognoscatur intuitivitatem, licet non ut existens in se, inquit, quia cognoscere effientiam divinam, que est ratio cognoscendi intuitivitatem, obiectum intelligibile, sicut trinitas cognoscit creaturam etiam intuitivitatem, antequam producatur, quia effientia sua, quam intueretur, est ratio perfectissime cognoscendi omnia alia. Ecce quod loquitur de ratione cognoscendi motiva, non vero terminativa, quandoque autem spiritum sanctum in eo originis signo cognoscit intuitivitatem in essentia, non vero, ut in se existentem, ly, ut reduplicat rationem motivam, non vero terminativam, Et denique quamvis ratione exemplariter creaturam, hoc certe accipi non debet omnino simile, quia exploratum est, nullum exemplum à creaturis ad divina deducimus posse per omnia quadrata, quia significare voluerit, quod sicut creature in instantiæ terminativa, quandoque autem spiritus sanctus concurreat ad Verbi generationem, tanquam principium quo producendi, aut tanquam ipsum summum actum productivum, cum dicamus, Verbum produci per actum dicendi, qui notionalis est, non vero intelligenti, qui est essentialis, cōcedendum tamen, huiusmodi divinae essentiae notitia, comprehendens in Parte præsupponit ad Verbi generationem, saltem ea ratione generali, quod essentia ad instantiæ prioritate naturæ intelligenti procedunt notionalia, ut docet Scot. quod, i. tunc quia tunc notitia divina essentiae procedat in Parte divini Verbi generationem per modum principii, vel actus productivus, sive per modum simpliciter, & necessario pre-supposito conditionis, manifestū est, perfectiva esse prodire ex perfectione cognitione formaliter, quam ex imperfectioni, si id non impeditur aliud, ergo Verbum procedat ex cognitione comprehendens essentiam, et talis formaliter, nam debet illi tributum perfectissimam processione, quam postumus, & ad hanc requiritur secundum omnes, quod notitia perfectissima essentiae, & consequenter comprehendens supponatur aliquo modo ex jani instantiis, Hoc autem per suppositum, ut ab omnibus causa, præter Poncium disp. 10. n. 16. tunc minorem subinsero; sed ad cognitionem comprehendens, sicut objecti requiriunt, ut atttingant omnia predicata, nonneque formalitates ex natura rei in illa formaliter contente, sive per identitatem essentiale, ad primam dicendi modum pertinetem, sive per formaliter realiter identitatem, ad secundum modum spectantem, ut cumulat offendit in multis disput. 6. de anima q. 12. ergo cum in divina essentia a parte rei contingatur medius predicata eius quidditativa, sed etiam attributaria, veluti predicta secundi modi, & tunc omnia notionalia, ut relations originis, & personæ illius constitutiva, ac essentie per summam identitatem ex natura rei conexa, plane affiri nequit, Verbum procedere ex cognitione comprehendens divina essentia, nisi à Patre attingatur in ea omnia, que sunt ex natura rei formaliter in ipsa, sive finitentialia, sive notionalia, unde tandem cōcluditur, Verbum debet procedere ex cognitione omnium, que sunt formaliter ex natura rei in Deo, & consequenter ex cognitione essentie, attributorum, & trium divinorum personarum, hac enim sola

cognitio est comprehensiva, & adequata totius Deitatis. Neque valet cum veteribus Scottiis distinguere de duplice comprehensione intensiva, & extensiva, & ad intensivam sufficiere, quod objectum cognoscatur quoad omnia predicata quidditativa, quod cognoscibile est in tali predicatione fide, & ex cognitione talis comprehendens Verbum divinum procedere. Hoc enim distinctione facit impugnata est dicitur, q. 12. a. 3. q. 12. ut editus evergens rationem comprehensionis, dum unam facit intensivam, alteram extensivam, quia ad comprehensionem propriam sumptum utrumque requiritur, tamen intensivo, quam extensivo, & ratio est ibi assignata, quoniam comprehendens non est qualificatus rei cognitionis, nec est sola rei cognitionis quidditativa, vel qualitatativa, ampla quædam, & universalis est rei cognitionis, & adequata quoad omnia predicata ad ipsam speciem, sive quidditativa, sive qualitativa, & que exprimere debet objectum, quod omnes formalitates, que ex natura rei in illo obiecto continentur, sive quidditativa, sive per simplicem identificationem, aut aliam ex natura rei connexionem.

ARTICULUS PRIMUS.

Objectionum. Solutio.

66 In oppositum arguitur, quod nec Verbum ex cognitione permanentis, nec spiritus sanctus ex eam amores procedat, nam antequam Verbum producatur à Patre, vel tunc ab eo cognoscatur abstractive tantum, sicut etia spiritus sanctus, vel intuitivus, non abstractive, quia talis cognitionis est imperfecta, minimè adequata, & communis est objectum, cum objectum ut abstractive cognoscibile abstrahatur ab esse, & persone divina non possit abstrahere ab esse, cum sit necesse esse, nec etiam intuitivus, quia intuitiva cognitionis terminatur ad item existentem, vel pro hoc signo, vel sicutem pro aliquo futuro; at non possunt persone cognoscere, ut existentes pro signo, quoniam non sunt, ut patet, nec pro aliquo alio signo futuro, cum hoc etiam sit ens abstrahitur ab esse, & ex se non necesse esse. Respondent Scottiis nostra sententia confortes gratias concedendo, talem notitiam personam in esse intuitivam, adducta tamen, opus non est, quod pro quoque signo terminetur ad illas, in seipso immediate, & realiter substanties, sed sufficit, quod cognoscatur in essentia, aliquid enim etiam intuitivus cognoscit post in alio, in quo perfecte, & per summam ideatim est continetur, velut relationes divinae in essentia, sicut etiam creature, sicut cognoscunt intuitivitatem in essentia, nec tamen sunt presentes in seipso, sed tantum in essentia, in ente continentur; quoniam autem divinae relationes non esse emittunt continentur in essentia, talius continetia imperfectionem ex parte contenti importare videtur, continentur tamen in ea, ut in objecto cognitionis, & per perfectam identitatem, quia videtur ipsa Doctoris solutio p. d. 10. q. 1. vñc. in calce. Hec tamen solutio nequit esse in eam confitente recentiores Scottiis; quoniam enim gratias concedenda, pars postea, tamen cognitionem creaturam in divina essentia, quia representativa est excellens, quam dicitur in se propria existentia, & talis cognitionis non solum est intuitiva, sed est intuitiva perfectior, quam est intuitiva in immediata in proprio genere, ut Scottus docet, 3. d. 14. q. 3. attamen non ita concedi potest respectu divinarum personarum, quia in aliquo signo representantur in divina essentia, in quo non existant in seipso, sed sunt future in aliquo posteriori signo, & ut future, aut producuntur pre-supposito conditionis, manifestū est, perfectiva esse prodire ex perfectione cognitione formaliter, quam ex imperfectioni, si id non impeditur aliud, ergo Verbum procedat ex cognitione comprehendens essentiam, et talis formaliter, nam debet illi tributum perfectissimam processione, quam postumus, & ad hanc requiritur secundum omnes, quod notitia perfectissima essentiae, & consequenter comprehendens supponatur aliquo modo ex jani instantiis, Hoc autem per suppositum, ut ab omnibus causa, præter Poncium disp. 10. n. 16. tunc minorem subinsero; sed ad cognitionem comprehendens, sicut objecti requiriunt, ut atttingant omnia predicata, nonneque formalitates ex natura rei in illa formaliter contente, sive per identitatem essentiale, ad primam dicendi modum pertinetem, sive per formaliter realiter identitatem, ad secundum modum spectantem, ut cumulat offendit in multis disput. 6. de anima q. 12. ergo cum in divina essentia a parte rei contingatur medius predicata eius quidditativa, sed etiam attributaria, veluti predicta secundi modi, & tunc omnia notionalia, unde tandem cōcluditur, Verbum debet procedere ex cognitione omnium, que sunt formaliter ex natura rei in Deo, & consequenter ex cognitione essentie, attributorum, & trium divinorum personarum, hac enim sola

Itaque ad argumentum principale gratis concedendum est, neque Verbum, neque spiritus sanctus in eo priori originis signo, antequam producantur, à Patre pre-cognosci abstractive, aut intuitivae in essentia, ut futuros in aliquo posteriori signo; sed cognitionem eorum intuitivam, licet sit ab essentia, tanquam ab objecto motivo, adhuc tamen ad eas personas terminari in seipso existentes, que responsio, ut magis clarescat, adducenda est difficultas, quam Scottiæ, passim, ut ineluctabiliter solent, contexit eam urgore, & adducunt à Rada controver. 11. cit. art. 2. concil. 4. sub hac forma, sive per divinæ personæ in seipso non presupponit Verbi productionis, ut prius natura actuali esse secundum substantiam consequentiam, id ipsum dicendum erit de esse cogniti, ac diminuto, quod non procedat natura esse realis, & actualis rei exterioris, sed sine omnino similitudine.

Resp. nostri Scottiæ, nullum esse inconveniens concedere, Verbi prius habuisse esse rationis, & cognitionis, quam realis, hac sole prioritate naturalis est præsuppositionis in eodem instanti eternitatis. Contrà, nam id est, quod dicitur argumentum impugnat, ens scilicet summè necessarium non prius etiam natura posse habere esse cognitionis, & diminutum, ac secundum quid, quam est realis simpliciter, & hoc tantum evenire in rebus contingib; ut quia nullius magis necessarium præsupponitur minus necessarium, vel seipso, ut minus necessarium, sed Verbum, ut est terminus realis productionis, est magis necessarium, quam ut cognitioni à Patre, quia primo modo est ens simili-

